priuile. scho. l. j. li. xij. qd̄ ille qui non possit re  
formari in potestate non poterit mutato noie  
reformari in defesorem ita dicit ibi glo. d̄ dño  
Ottone et de hac fraude loquit̄. l. eum qui C.  
de epi. et cle. qd̄ clericus qui non potest tene  
re concubinam vocat eam sororem certe ista  
fraus sibi patrocinator sexto fit fraus de tēp  
ore ad tempus ff. cōmo. l. ij. Exc. ff. so. ma. l. si  
lic vbi habes notabile exemplum de hoc ha  
bes aliud exemplum i. c. j. de renun. li. vj. ista  
fraus quandoq; committitur pro crastinādo si  
cut dicit glo. de Alberto calidi q̄ mutabat fru  
mentum tempore vbertatis et nunq; faciebat  
verbum illis quib; mutuabat imo illis offer  
entibus procrastinabat nam ista fraus pro  
crastinabatur ei vt no. glo. in l. nulli. C. d̄ er  
ro. mili. anno. li. xij. Item fit fraus d̄ quāti  
tate ad quantitatem facit C. de vsu. l. eos. Exc  
qs vnde si statutum prohibet folliculam vim  
vendi vltra sex deārios et tabernariū addit ca  
staeas vt hēat x. deārios ita debet puniri qd̄  
ista additio non est digna isto precio vnde p̄  
sumit̄ fraus Item aduerte qd̄ assessores cō  
mittunt fraudem puta si vltimo mēse regimi  
nis non possunt absolui paciunt̄ labi temp̄  
irreparabilis m̄stātie ex forma statuti z ideo  
debet̄ d̄ hoc puniri qd̄ faciūt fraudem statuto  
nam vbi ipi non possunt absolueri faciūt reos  
ad hoc. l. j. cum glo. sua C. d̄ p̄to. li. xij. fac̄ etiā  
fraudē officialis qd̄ dicit se dormiū vel egrotare  
ad h̄ vt vne r̄māeāt destructe vt no. gl. de po  
testate castri frāci i. l. si qs bābaris C. d̄ re. mi  
C. Supiora v̄ba sūt dñi Bal. q̄ ad h̄ d̄ l. l. xij.  
teram in l. nō dubiū. C. de legi. q̄ volui ita  
extēse scribere qd̄ sūt pulebra et quotidiana

**Frenum.** An v̄dito e q̄ cēseat uenditū  
frenum dixi. s. sub dictione accessorium

**Frequenter.** **Frequentia**  
Qñ quis dicat̄ facei aliquid frequenter aut  
aliquem actum frequentare not. glo. et doc.

de vit. et hone. cle. monasteria.

**F**requencia auget delictū C. de epi. audi. l. nemo. l. quicumq. C. de sez. fugi. ff. de pe. l. cas. pitalium et. l. solet.

**M**inima frequentia euertatur C. de cura. fu. l. cum aliis C. de bo. que lib. l. si. C. pe.

**F**requentia inducit duos actus vt C. de epis. audi. l. nemo aut. de defen. ciui. C. si. col. ij. de vit. et hone. cle. moasteria et ibi no. de elec. venerabilem xxij. di. vna rātū ad finem. Jo. an. d. accu. cum oporteat adde qd no. Bar. m. suo et actu tiberiadis i. ij. li. d. insulis super rer. raro nos addim? tex. m. aut. vt debi. cre di. ma. C. quia vō. coll. vij. tex. m. l. an in to/ tum C. de edifi. priua.

**F**requentia inducit p̄sūptionez. ff. d. in iur. litem apud. C. si quis vberato xxij. di. his.

**J**ura adaptāt ad ea q̄ frequenter accidūt ff. de legi. l. nam ad ea. ff. de testi. l. testium. C. si. de dispon. impu. l. as i. princ.

**P**ropter minimā frequentiam alicua p̄mit/ tuntur. ff. si cert. pet. l. si certi condicio. C. si nū mos et. ff. de preca. l. si certe. C. si.

**Q**ue palā fiūt dicunt̄ sequenter fieri glo. m. l. de quibz. ff. de legi. vbi vide Bar. m. r. co/ lum. ver. quō et quot actus qui allegat. l. palā. ff. de ritu. nup.

**F**requēs. i. vsitatū. ff. de off. p̄ cōs. l. nec q̄t/ quid. C. obseruare.

**F**requēter dicūt̄ accidere non que semel tan tum vel bis sed que multociens accidunt. ff. d. legi. l. iura et. l. sequē. et qd ibi nō.

**Q**uid dicatur sequenter factū vide tex. cū glo. m. l. j. C. vimianus. ff. de itē. actuz p̄ri.

**F**riges. i. friges auguria et auspicia iuene rūt xxij. qō. v. nec m̄x q̄ no. et ibi vide de h̄

**F**rigidus. i. frigidus non valētes coire ab vxoribz separantur xxij. q. j. q̄ aut et m. c. se quen. a. m. c. j. de frigid.

**Q**uibus mois p̄bet̄ frigiditas viri ad coitū no. Inno. et doc. i. c. j. et i. c. si. d. frigi. et male. vide no. m. c. q̄ aut cum duobz. c. seq.

**Q**nō d̄ frigiditate viri q̄rit̄ parū aut nih il opat̄ fama d̄ctm̄ ē. Hosti. i. c. p̄mo de frigi.

**F**rigiditas ē causa dissoluēdi m̄rimoniū qd̄ tamen re vera p̄pter tale impedimētum ab i t̄io fuit nullum vt in toto t̄i. d. frigi. et malefi et m. c. laudabile. m. vbi glo. et doc. eo. t̄i.

**Q**ualiter p̄bet̄ frigiditas q̄ nō ē m̄poten tia coeūdi no. i. c. fraternitatis d̄ frigi.

**Q**nō mulier dicit viruz frigidum vir dicit frigiditatez p̄uēnisse p̄ m̄rimoniū et carna lem copulā mulier replicat q̄ non imo q̄ se/ per fuit frigidus cui incumbat onus p̄bandi glo. dicit q̄ mulieri m. c. q̄ aut xxij. q. i.

**S**i mulier sciuit virum ab initio fuisse fri giduz nō pōt̄ raōne frigiditatis petē sepaō

nem xxij. q. j. si quis accepit.

**I**ntra quantum tempus p̄batur frigiditas vide Specu. m. t̄i. de dila. C. j.

**F**rons. Prima fronte dicitur illud qd̄ ex sui prima figura habet talem apparentiam licet existentia non sit conformis apperentie vt. l. si quis C. de depōsi. ad materiā vide qd̄ dixi. s̄. sub dictione facies

### Fructus. Fructuarius.

Retinens indebite bona ecclesie debet illa inte graliter cum omnibus fructibus restituere xxij. di. sancta sinodus

**S**i fructus non petantur in libello non po terit iudex super illis pronunciare nisi quando petitur restitutio vel nisi quando post litem o testatam sūt p̄cepti ita dicit Inno. i. c. grauis de resti. spo. vel nisi in v̄muerfali iudicō vt. l. item veniunt. C. fructus. ff. de pe. here.

**A**n sit licitum emere fructus futuros et in certos soluendo precū tempore contractus Inno. m. c. m. ciuitate de vsur. et ibi p̄ doc.

**F**ructus pignoris liberat debitorem a sorte vsqz ad concurrentem quantitatez no. Alb. m. c. cum contra de pigno.

**Q**uādo fructus p̄cepti ex re pignorata o putētur in sortem vide no. m. l. ij. C. de pig/ nor. act. adde q̄ fructus pignoris cōputant̄ in sortem qm̄ res tantum esset pignorata se/ cus si fructus etiā esset pignorati q̄a tunc nō fit computatio tex. est no. m. c. ad naturam el j. de iure iur. vbi vide multas dubitaciōes ad p̄dictam regulam generalit̄ an et qm̄ fructus cōputent̄ in sortem vel non vide doc. a mari/ me Jo. an. i. c. cōquestus d̄ vsur. a. m. d. c. cū d̄ d̄

**Q**ualiter formari deat libellus qm̄ p̄igno petunt̄ fructus Spec. i. t̄i. de cau. pos. et p̄rie. C. sequit̄ v̄. porro C. y. i. l. certum C. de re. ven di. adde Cy. et Bald. m. l. j. C. de fruc. et li. ex pen. Bar. m. l. si homo. ff. d̄ re. iur. no. m. l. cū p̄ pria C. si quis sibi vel alt. glo. xij. q. ij. nō lice at adde qd̄ dicam. j. sub dictione libellus

**F**ructibus cōsuptis succedit oblio ad q̄ntitatē a nō crescit neqz decrescit extimatio no. Bar. i. l. diuortio. C. ob donationes. ff. so. ma. et m. l. eū q̄ tacitū ff. d̄ his q̄. vt idig. Cy. i. l. j. C. d̄ p̄

**A**n q̄ ad fructus igōantia iuris fa/ ui. cre. ciat que esse male fidei no. Bā. i. l. heredem. ff. de his qui. vt indig. idēz m. l. si fur. ff. de vsuc. Dy. in regula possessor li. vj.

**S**i nō repit̄ expressū an fructus sit nat̄ ales vel industriales relinquūt̄ arbitrio iudicis di ctum est Cy. m. l. certum C. de rei vendi.

**A**n fructus possint peti in libello. nō de sig/ nata certa q̄ntitate vide Cy. m. l. cuz propria C. si q̄s alte. ul̄ sibi faciūt q̄ dixi supra p̄rime

**A**n quis teneatur de fructibus non solum perceptis sed etiam percipiendis attenditur

possibilitas percipiendi ex persona possessoris  
vel dñi vide m. l. ij. C. de pigno. act. adde no.  
m. l. apud iul. §. j. ff. de le. j.

¶ Si emam fructus simpliciter an ego illos  
percipiam vel venditor qui postea det mihi vi  
de Bar. i. l. cotez. §. qui maximos. ff. de publi.

¶ Conducens vel habes cameram siue stationem  
vel opertorium a malefidei possessore percipie  
do fructus facit illos suos Bar. m. l. sequit. §.  
fructus. ff. de vsucapi.

¶ An et quomodo sit promissa fructuum sequestratio  
no. Bar. m. l. i. C. de phi. seques. no. in. c. j. de  
seques. po. et fruct. vide no. in cle. j. eo. ti.

¶ Si fructus estimatur secundum quod commu  
niter consuevit percipi ut valet Bar. m. l. cotez.  
§. qui maximos. ff. de public.

¶ An et quomodo in computatione fructuum des  
ducatur expense vide Bar. m. l. fructus. ff. so.  
ma. no. m. cad. nrām de iur. iu. m. glo. j.

¶ An ducens minorem septem annorum in ma  
trimonium quod non potest esse inrimoniū et sustinens  
onera inrimoniū lucratur fructus rei dotalis glo.  
et Bar. m. l. ante nuptias. ff. so. ma. Spe. ti. de  
dona. inter vi. et vxo. §. si. ver. quod non mulier.

¶ Si fructus percepti ex pignore imnuant debitum quod  
sunt percepti vel non Bar. m. l. diuortio. §. ob dona  
tione. ff. so. ma. Cy. i. l. j. et ij. C. de pigno. act.

¶ Estimatio fructuum licite perceptorum non potest  
crescere ut non. Bar. m. l. diuortio. §. ob dona  
tiones.

¶ Si vendidi tibi fundum excepto iure colo  
ni qui habet medietatem fructuum si nullus  
reperit colonus an ipsi venditori debeat me  
dietas fructuum vide Bar. m. l. si quis legauit  
rit. ff. de le. j.

¶ Oleum est fructus industrialis ut l. marit. §. i. p. ric.  
ff. ad. l. fal. et ibi Bar. allat. l. antepe. ff. de rei. v.

¶ Fructus semper intelliguntur deductis ex  
pensis ut l. si. C. sen. rescim. non po. Bal. m. l.  
j. C. de fruct. et li. expen.

¶ In quo differat fructus et redditus vide no.  
in. c. generali de elect. li. vi.

¶ An colonus qui colit ad medietatem fructuum  
deducat expensas Bar. dicit quod non i. l. fructus  
ff. sol. ma. pulcre p. Inn. et doc. i. c. pastoris de  
dec. vbi ponit dicit inter fructus et lucrum.

¶ An et quando fructus computentur in qua  
ta vide Bar. m. l. in quarta. ff. ad. l. fal. et in. c.  
raynucius de testa. et vide quod ibi no.

¶ De materia fructuum vide Spe. ti. de fruct.  
et i. te. et no. i. l. filium quod habet C. fa. hered.

¶ Si post collectionem fructuum decedit des  
ricus an illi fructus pertineant ad heredes su  
os vel ad successorem in beneficio Bar. dicit quod  
ad heredes m. l. j. C. de anno. civili. li. x. vbi  
glo. quod no. Bar. m. l. diuortio. ff. so. ma. Jo.  
an. in. c. si. de off. ord. li. vi. Arch. in. c. status

tum §. assessorē ut de rescrip. eo. li. faciūt no. i.

l. defuncta. ff. de vsur.

¶ An fructuarius habeat utilem confessionem  
vide Bar. m. l. j. §. si. de no. ope. num. vbi etiam  
ponit quas actiones possit intentare fructu  
arius procuratorio nomine vide etiam ibi an fruc  
tuarius teneat defendere contra alium agens  
tem in iudicio ibi etiam an fructuarius possit  
sit psequi nunciatioz noui opis et cui expensis

¶ Si verba instrumenti sonant quod proprietari  
us promittit fructuario non inferre ei mole  
stiam et quoniam aliquam nunquid hoc non ob  
stare poterit petere cautionem vide Bal. i. l. j. C.

¶ An et quomodo dicantur fructus deponi de usufruc  
tuario no. m. l. si seruus seruū. §. si aliuam. ff.  
ad. l. acqui. et l. impatores. §. si. ff. de ap.

¶ An aliquis causam possit impedire deducti  
onem expensarum de fructibus dic ut no. ff. fas  
mi. her. l. fund. §. ff. de pe. her. l. si a dño. §. fruc  
tus no. glo. xi. q. ij. nobis

¶ Si promisi tibi fructus nascituros ex isto  
fundo et primo anno nulli nascuntur an exting  
uat obliuio et differat in tempore quo nascuntur  
no. Bar. m. l. inter stipulantem §. sacram. ff. de  
v. obl. adde no. m. l. si quis argentum C. de do  
na. i. glo. tradere et ibi Cy. in. ij. oppo. Jo. an.  
in addi. Spe. ti. de fruct. et inter. §. j. v. sed quod

¶ Fructus non presumunt durare ultra tri  
ennium no. glo. sing. m. l. j. C. si aduer. vsuc.

¶ An quomodo fructus remunt officio iudicis sit i. li  
bello necessaria eorum petitio no. Inno. in. c. §.  
uis de resti. spo. glo. m. l. non abiguū. C. fa.  
her. Bar. m. l. si marito. §. si fundū. ff. so. ma.

¶ An in fructibus procedat incerta sententia sicut  
petitio no. Inno. de dona. inter dilectos vide  
Bal. m. l. quantum. C. si quis al. vel si.

¶ An fructus et proventus sint sinonoma non. de  
rest. spo. olim ij. vbi tex. de h. quod de fructu si  
ue emolumento dixi aliquid. §. de simo. neō de  
dona. pastoralis i. extrauag. Jo. xxij. quod incipit

¶ An appellatio fructuum remanet suscepti  
decie et oblationes et quod differentia sit inter fruc  
tus et redditus no. in. d. c. pastoris Cy. m. l.  
certum C. de rei. vendi. no. i. l. diuortio. ff. so.  
ma. Jo. an. et Arch. in. c. generali de elect. li.  
vi. no. Inno. in. c. cum inter de v. sing. adde

quod no. in cle. j. de re. eccle. non alie.

¶ Si papa mandat de fructibus beneficii sol  
uere alicui certam summam ad quam fructus  
beneficii non sufficiunt an fieri debeat solutio  
ultra illos Jo. an. quod non i. c. presenti de off. or. li.  
vi. vide quod i. simili no. in. c. peruenit de fidei.

¶ Si debeant solui fructus fundi et non nascuntur an ex  
tinguat obligatio vel aliunde suppleat vide Ba.  
m. l. inter stipulantem §. sacra. ff. de v. obliga.

¶ An et quomodo sit vel non sit licita emptio fructuum  
ad longum tempus vide Inno. de vsur. in ciuitate

¶ Opere non sunt in fructu vide Spec. in ti.  
de heret. quasi ad fi.

**¶** Quod dictum est supra fructus pignorum computari in sortibus est verum quoniam creditor ratione pecunie numerate subierit multos labores notabiles tunc enim lucratur fructus contemplatione laborum dictum est Hosti. in summa de usur. §. in aliquo casu per. xij. q. d. refert Jo. an. in c. cōquestus de usur. allat de re. ec. non alien. c. ad hanc ubi hoc bene probatur.

**¶** An fructus dicantur esse coloni vel domini postquam sint separati a solo vide glo. a Bar. in l. si apes. ff. de fur.

**¶** An in venditione fructuum ecclesie facta ad non modicum tempus requiratur sollemnitas vide cle. j. de re. ec. non alie.

**¶** Beneficium ne quis conueniat in quantum facere possit intelligat respectu fructuum non respectu valoris rerum et patrimonii per tex. singularem in l. q. bonus. ff. de ces. bo.

**¶** An augmentatio fructuum prebeat iustam causam augmentatiois portionis vel ruperdium numerum canonum non de cesi. phibet et c. quanto de pact. cum clericis de consti. cum in ff. loc. l. si merces. §. vis maior de loca. ppter.

**¶** Que sit iusta causa retinendi fructus beneficii non plene in c. j. vt ec. bene. et c. si propter tua de rescrip. li. vj. de preben. si tibi concessio eo. li. de ver. sig. c. pe. glo. de cens. phibemus

**¶** Curia romana recipit fructus beneficiorum vacantium non glo. in cle. q. a regulares. §. pmissa de sup. ne. pre. adde qd dicitur. §. sub dcoe papa.

**¶** An fructus beneficii possint obligari pro debito clerici vel capi in causa iudicati non doc. in c. puenit de fidei. Arch. in c. statutum. §. in sup. de rescrip. li. vj. de arbi. puenit. §. pe. ti. de execu. sen. §. seqt. §. qd si debitor ubi tenet qd sic adde bonum tex. de resti. spo. olim. ij.

**¶** Qui recipit regimen ecclesie prochialis ea interdictio ut non promoueat ad sacerdotium. §. annu. §. h. m. forz. c. licet cano de electi. li. vj. tē ad restoz fructuum pceptoz si. §. annu. mutato proposito non fecerit se promoueri de elec. omissa li. vj. vbi glo.

**¶** Dare vocem in electione vel in alio actu videtur esse fructus officii vel beneficii non glo. de resti. in te. cū remisit adde qd dicitur. §. sub dcoe beneficii et dicam. §. sub dictione pronus.

**¶** An appellatione fructuum remanet distributio quotidia dicitur. §. sub dcoe beneficium vide glo. in cle. fi. de deci. que v. def. pelle q. i. taxatione decime beneficiorum que tamē decima non recipit nisi de fructibus habet gratia quotidianarum distributionum de quo dicitur ibi.

**¶** Fructus ecclesie pueniunt tempore vacationis debent reservari futuro successori vide glo. de elect. gene. al. li. vj. ad idē de elect. q. a sepe eo. ti. de of. or. cū pos. et c. pseti eo. ti. li. vj.

**¶** An fructus primi anni beneficiorum vacantium possunt alicui per episcopum applicari vide in extraua. Joā. xxij. que incipit suscepti ubi et

tractat an inferiores prelati episcopo possunt sibi seruare fructus primi anni beneficiorum vacantium item ibi quod si collatio aliquorum beneficiorum spectat ad inferiores episcopo an tunc potest episcopus sibi reservare fructus primi anni illorum beneficiorum sic vacantium

**¶** Qualiter diuidi debeant fructus beneficii inter clericum et rectorem glo. lxxij. di. c. fi. in re. ppenius et paul. in cle. dudum de sepul. §. fil. pres. proposuit glo. xvj. q. vij. c. j.

**¶** Fructus pignoris computantur tamen in usuram quod in sorte non. ix. q. ij. hoc ius potest tamen ibi tex.

**¶** An fructus non solum percepti sed etiam qui percepti poterant sint computandi in sortem non. Jo. an. post Hosti. de usur. c. j. §. pig. non cum contra.

**¶** Fructuum perceptio facta pro creditorem vel habentem causam ab eo si equipollet sorti extinguit ipso iure obligationem de pigno. cum contra adde quod compensatio fit ipso iure quia descendit ex causa dummodo fructus sit consumpti venditi vel combusti secus si in eadem figura extant non consumpti ut non. ff. so. ma. l. diuorcio. §. ob donatio nem et ibi Bar. nam isti fructus non consumpti sunt pignori ut. ff. de pigno. acti. l. si necessarias. §. fi. non tamen sunt ipsius creditoris effecti et ideo non liberant debitorem anque consumant hanc tamen pro consumptionem facit. l. si quis. §. pe. ff. si cer. pe.

**¶** Quo ad faciendum fructus suos bone fidei possessor dicitur siue erat in iure siue in facto. ff. de pe. her. l. sed si lege Dy. in rā. j. li. vj.

**¶** An appellatio fructus remanet arbores vide. l. diuorcio §. si fundum ff. so. ma.

**¶** Fructus prebende sue potest quis ad modicum tempus vendere seu etiam obligari. xij. q. ij. alienationes in glo. fi. de resti. spol. grauis

**¶** Fructus decimarum possunt vendi et locari non de deci. q. quis in glo. fi. de loca. c. ij. §. d. translato. c. statuimus.

**¶** Si fructus vicini mei cadunt in agro meo possunt illos ibi colligere. j. di. omnes in glo. fi.

**¶** Fructus non computantur in sortem quoniam vasallus obligauit domino rem feudalem de feud. c. j. credo dixisse sub dictione feudum

**¶** Is ad quem spectat perceptio fructuum compellitur subire onera ut non. de deci. c. de terris.

**¶** Proceedit hec petitio peto rem cum fructibus inde perceptis vide de fi. instru. c. inter in pri.

**¶** Sufficit petere fructus ex tali fundo perceptos sine alia expressione Inno. de libel. obla. c. ij. in fi. glo. a d. fi. instru. inter dilectos in principio.

**¶** An eum titulo possides excuset a fructibus vide Jo. an. de of. de le. cū ca. xij. q. ij. non liceat in glo.

**¶** Si fructus debentur ratione possessionis an requiratur civilis aut naturalis glo. videtur velle quod vtraque requiratur. ff. de acq. re. do. l. q. situm Cy. in. d. l. certum vide not. p. docto. de iure patro. c. ex lris.

**¶** A quo tempore remunt fructus not. ff. de

vsur. l. videamus § si actiōem z ibi glo. xij. q. ij. nō liceat nos addimus no. i. l. hac in glo. magna ff. d. tritic. ff. d. vsur. l. mōa. i. glo. mag.

¶ Fructus magis debēt rōne soli q̄z seminis ff. de vsur. l. q̄ scit C. de rei vendi. l. partum.

¶ Fructus post litem contestatā p̄cepti veniunt officio iudicis Spe. in ti. de cau. po. et p̄ pri. § sequitur ver. porro. ad fi. vers.

¶ Nemine glādis oīs fructus t̄net vt. l. qui venenū § glandis ff. de ver. sig. Spe. in ti. de iniur. et dam. da. § ij. ver. porro dicam. j. l. b. d. t̄oe glans.

¶ Quotuplices sūt fructus et a quibz et quibus actiōibz petantur et de omniū materia plene no. ff. de rei vendi. l. ex diuerso in glo. magna Cy. i. l. certū C. de rei vendi. no. isti. de rez. diui. § si quis z insti. de of. iudi. § ij. i. glo. a fructibz vide C. fa. herci. l. nō ābiguū in glo. fi. et ibi Cy. vide nōt. ff. de verbo. obli. l. si filius § fi. et ibi Bar. Spe. ti. de fruc. et inter. § j. et ti. de cau. pos. et proprie. § sequitur ver. porro z ibi Jo. an.

¶ Quando fructus dicuntur consumpti no. ff. de condi. indebi. l. si urbana in glo.

¶ Si fructus debētur debēt dari d. nascētibz Bar. C. de agri. et censi. l. dñi p̄dior. l. xj.

¶ An petendo rem quis dicatur petere fructus no. ff. de iudi. l. solemus ff. de exceptio. l. fundi. z ibi Bar.

¶ An fructus veniant iure actōis vel officio iudicis glo. sūt contrarie ff. d. rei ven. l. vtiqz i glo. de adi. indebi. l. m. sūma. § ei q̄ sed deter. imnat. p. nō. m. l. ex diuerso ff. de rei ven. l. cum in rem eo. ti. vide insti. de of. iudi. § ij. in glo. a fructibz Spe. in ti. d. cau. pos. et pprie. ver. porro et ibi Jo. an. m. addi.

¶ Quando titulus non excusat possessorem male fidei a fructibus percipiendis no. C. de rei vendi. l. si fundum in glo. et ibi Cy. z i. l. certū eo. ti. ff. qd me. cau. l. sed et ptus in glosa. Spe. ti. de fruc. z inter. § j. ver. si vō.

¶ Qñ in legatis et fideicommissis veniāt fructus vel nō veniant no. Cy. i. l. fi. C. de vsu. et fruc. lega.

¶ An fructus veniāt i q̄relaz iofficiosi testamēti donatiōis dotis Cy. C. d. iof. dona. l. j. i. fi.

¶ An et qñ fructus spectēt ad heredē vel fis. deicommissariū vt ei r̄stituāt vel op̄tēt in q̄r. tā no. C. de mos. testa. l. scim. § repletionez et ibi Cy. Bar. ff. d. vul. z pupi. l. centurio in fi. no. de testa. raynuicius in glo.

¶ Ad quē ptinent fructus post vendicionē no. ff. d. act. emp. l. iul. § sed si fructibz i glo. cedere Bar. m. l. fi. ff. de iur. fil. qd no.

¶ Fructus non cedunt lucro emptoris qñ tractus ē nullus Bar. m. l. j. C. de predi. curis

¶ A quo tempore fructus dotis ali. l. x. spectent ad maritum no. ff. so. ma. l. d. diuisio

ne in glo. j. iuncta glo. fi. et ibi Bar. Cy. C. de iur. do. l. fi. no. C. de rei vxo. ac. l. j. § cum qz ex stipulatu i gl. istituēdis z ibi Cy. i. iij.

¶ An fructus rez. p̄fernalium spectēt ad maritum no. C. de pac. con. l. fi. in glo. et ibi Cy. no. Bar. m. l. fi. ff. ad. l. fal.

¶ An fructus augeāt rem petita no. C. fami. herci. l. non est ābiguū et ibi vide Cy.

¶ An fructus rei obligate cedāt in obligatiōne et quo iure possunt peti no. Cy. m. l. q̄zuis C. m. qui. cau. pig. tra. contra.

¶ Si qd ē iter duos afferentes se dños eiusdem fundi possit colonus se excusare a solutiōne fructuū si tamen satis d. et de restituēdo illi qui obtinuerit Bar. m. l. litibz in fi. C. d. agri. z censi. l. xj.

¶ Appellatione fructuū nō comprehendit̄ p̄tus ancille sed rez. aialū et iumentoz C. de rei vxo. act. l. j. § cum qz

¶ Fructus fundi non dicuntur solum qui ex fundo pueniunt sed qui obueniunt etiā occasiōe vt si aues capiant in fundo vt. ff. de vsur. l. itē si fundus § aucupationum et ibi Bar. et ff. loca. l. cum plures vide tex. ff. de vsu. l. venatōz

¶ An fructus satis dicat̄ domini ante qz colligant̄ glo. m. l. j. § cum prediuz in v. debitoris circa princ. ff. de pigno.

¶ Malefidei possessor non tantum tenetur de fructibus quos percipere potuit sed etiaz qz debuit posse vt m. l. Item veniunt § pretor z l. si possessor ff. de pet. here. et vt dicat̄ malefidei possessor sufficit sola petitiō ul. citatiō ad eum vt m. d. l. item veniunt § petitam

¶ Exeratiū actus habet se tanqz fructus ad actū vide ff. de transact. l. cum hi § si ad habitationem adde qd dixi. s.

¶ Fructus dicuntur res de facili corruptibiles ff. de p̄cur. l. p̄curator totoz

¶ Regulariter titulus excusat a fructibus percipiendis vt. C. de rei vendi. l. si fundum sed sūt certi casus in quibz non excusat titulus qz glo. enumerati. l. si ad partus ff. qd me. ca. z ibi Bal. dicit qd titulus approbat⁹ excusat im. p̄batū vide glo. i. l. ex diuerso ff. de rei vendi.

¶ Titulus cui resistit ius nō excusat a fructibus vt C. d. sacrosac. eccles. l. iubemus. § sane

¶ Titulus ex quo non transfertur dominiū non excusat a percipiendis fructibus qñ ratio ne tituli tenet ad custodiā. C. de pig. act. l. ij.

¶ Titulus qui non habetur p̄ titulo non excusat a percipiendis fructibus qñ est habitus z tra ordinem iuris vide m. l. j. C. de fi. m. stru. et iur. hal. fi. l. x.

¶ In vniuersali iudicio titulus non excusat a fructibus licet in particulari sic Quil. m. l. m. fundi. ff. de rei vendi.

¶ Fructus efficiūt fructuarij eo ipso qd sunt a solo separati siue suo nonnē siue alieno licz

glo. i. l. ex diuerso. ff. de re. vendi. teneat qd de  
mū recōditū fiāt fructuarij idē dīc de colono.  
¶ An possessō teneat a fructibz q̄s p̄cipe po  
tuit ipse vel petitor no. in preallegata. l. ex di  
uerso et ibi Bart.  
¶ In re aliq̄s nō efficiē malefidei possessor a  
tempe strouerie vt teneat de fructibz Cy.  
m. l. certum. C. de rei ven.  
¶ In rei vendicatōe fructus p̄cepti post litē  
contestatam petūtur per officiū iudicis dicit  
glo. m. l. ex diuerso. ff. de rei ven. et no. i. ea. l.  
m. prin. in glo. magna.  
¶ Fructus pendētes sūt p̄ fūdi vt. l. fructus  
ff. de re. vendi. la. ij.  
¶ Vectura ē fructuū vt. ff. d. rei v̄di. l. si na  
¶ An appellōe fructū p̄uēiat lac vid. gl. i. i. uis  
l. cum rez. ff. de rei ven. et. l. si eius fundus eo.  
ti. ff. de acqui. re. do. l. bone fidei vide not. m. l.  
sequit. Glana. ff. de vsuca.  
¶ Bone fidei possessō non facit fructus nat̄ a  
les suos. ff. de rei vendi. l. fructus.  
¶ De industrialibz op̄nsat̄ in sūptibus seu  
expensis in re factis vt. l. emptor. z. m. l. sūpt?  
ff. de rei ven. no. glo. m. l. mulier. C. cum p̄po  
neret ad si. ff. ad trebel. in fi. glo. pl̄time quā  
bene no.  
¶ Quod dicit qd fructus p̄cepti in iudicio te  
stamentoz lucratur fideicommissarius. l. i. fidei  
commissaria. ff. ad trebel. non tamē sūptuos a  
quarta nisi aliq̄d. debitū sit inter defunctuz  
et fideicommissariū qz in id. debitū sūptuos fructus  
a quarta licet iudicō testatoris p̄cepti cō  
putant̄ p. d. l. mulier. C. cū p̄poneret. ff. ad tre  
bell. et. l. qd de bonis. C. qd cuius. ff. ad. l. fal. qd.  
tene menti.  
¶ Mala fides sup̄ueniens possidentī cum titu  
lo non impedit q̄ minus facit fructus suos. ff.  
de vsur. l. q̄ scit. C. si. tenet̄ tamē restituere vt  
ibi no. Bar. in glo.  
¶ Oliue et v̄ue sunt fructus industriales de  
oliva dixi. s. vide m. l. si eius fundi. ff. d. rei v̄  
di. sicut i. v̄mo et cereuisia qz sunt fructus in  
dustriales alterū em̄ sit ex v̄uis aliter ex pos  
mis Bal. C. de iur. do. l. p. oneribz.  
¶ Arūdines z silue cedue sūt in fructu dicit  
ter. de atraben. emp. l. q̄ fūdi. C. fundi p̄ditō  
¶ Quis tenet̄ i. eo qd locupletior factus ē et i  
fructibz dī locupletior si tātūmō esset de suo  
q̄s erogaturus vide. C. de pe. here. l. p̄ma.  
¶ In actiōe stricti iuris et nō arbitraria fru  
ctus remūt a tpe litis vt. l. in fideicommissi. C. i  
et. l. vulgo. ff. de vsur.  
¶ Quod dicit̄ ex mora venire fructus idēz ē  
in p̄tu. ff. de vsur. l. paulus.  
¶ In veste argentea vel alia specie illud dicit̄  
esse in fructu qd d. eo p̄cipi possit locando. ff.  
de vsur. l. videamus in p̄n.  
¶ In fructu sunt fetus lana lac ptus ancille

et pilus p̄t. l. i. pecudū. ff. de vsur. ff. de acquir.  
re. do. l. in bone fidei. C. si. et. ff. de vsuca. l. seq̄t̄  
C. lana adde que dicta sunt supra.  
¶ Appellatōe fructuū nō remūt vsure licet i  
aliquo habeāt v̄m fructuū. ff. de vsur. l. mora  
et ibi no. sed bene dicūt obuētōes.  
¶ Appellatōe fructuū strictē nō op̄henditur  
pensio. C. de pet. her. l. si. sed habetur bene lo  
co fructuū in p̄diis v̄banis. ff. de vsur. l. p̄dio  
rum adde ter. et ibi not. m. l. iubemus. C. sanc  
C. de sacrosan. ec. et. l. domū. C. de rei vendi.  
C. de anno. et tribu. l. j. li. r.  
¶ An in stipulatōe vacuā rez tradi et rē da  
ri remūt fructus vel intereē a tpe lit. p̄tes. n. p.  
Bā. i. l. videam. C. si actōez. ff. de vsur.  
¶ Fructus mediū t̄pis mē appellōez z sniaz de  
benē et si frustratōne ē appellatū. ff. de vsur. l.  
¶ Quactōe petūtur fructus extātes a t̄tutō.  
sūpti a male fidei possessore. C. de v̄di. ex. l.  
l. male fidei. Cy. m. l. certū. C. de rei vend. Bā  
m. l. ij. C. de pe. here.  
¶ Erās i. n̄r ē bōe fidei possessō q̄ ad fructus  
ter. ē secūdū v̄nā lecturā. ff. de vsuca. l. seq̄tur  
C. si fūdi.  
¶ Fructus rei ē i. potētia pignozādi vt. ff. de v  
¶ Que sūt poite i. loco āboz succisa sur. l. si.  
rū sūt i. fructu vt. ff. de fūdi. dot. l. vir i. fūdo.  
¶ Qualiter p̄bentur fructus p̄cepti ēē tan  
te quātītatis dīc Jac. de are. eo ipso qd cōsue  
uerūt tot p̄cipi ar. ff. de re. eo. l. si fundus. z. ff.  
de le. j. l. si fundū.  
¶ Que sit dīria inter frugē fructū et frumen  
tū vide i. l. j. C. d. eo ope i. glo. ff. de aq̄ plu. ar.  
vbi. Bar. et ibi vide qd de blado.  
¶ An appellatōe fructuū remūt vectura na  
iūmpensiomis et ope seruoz vide in. l. ap̄d  
iul. ff. de le. j. C. j.  
¶ Omis em̄ qd dicit̄ bone fidei possessor tenes  
tur restituere fructus industriales limitat̄  
nisi triennio possederit vt. ff. de vsucap. l. seq̄  
tur. C. si fundum.  
¶ Fructus pendentes dicuntur in bonis. ff. q̄  
in frau. cre. l. si fraudator. C. nō solū.  
¶ Dīriam inter fructum et v̄tilitatem vid. ff.  
de v̄i et v̄i ar. l. j. C. nō solū.  
¶ Que op̄prehendunt̄ i. his q̄ in re fructus sūt  
vide ff. de le. ij. l. his v̄bis.  
¶ An oliua et caseus sūt fructus industria  
les satis dixi. s. de v̄troqz et etiā de lana vid  
m. l. in fructu. ff. de vsuf. lega. et ibi Barto.  
¶ Recipiens licite fructus ex re aliena vt ma  
ritus p̄curator tutor et similes illis consump  
tis non tenet̄ amplius ad fructus sed ad es  
timatōem vt no. m. l. diuortio. C. ob donatio  
nes. ff. solu. ma. vbi Bar.  
¶ Ad probādum fructuū quātītatez nō suf  
ficiat p̄bare qd fructus tantuz fructificauerūt  
p̄cedentibz annis quo ad plenā p̄batōez s̄

iudex poterit deferre iuramentum petenti i de  
fectum pbatōis Bal. post Ja. d. are. m. l. si fū  
dum. C. de rei vendi.

**Vir non tenet restituere heredibus uxoris  
fructus rerū pafernaliū cōsumptos de volūate  
uxoris expressa vel tacita vide glo. i. l. vbi ad  
huc. C. de iur. do. m. v. sustētationem.**

**Emptor qui soluit ptem precij ppter quod  
non poterit petere rez et fructus si postea sol  
uit residuū precij poterit petere fructus iam  
pceptos p rata ptiis pti iam soluti vide Bā.  
m. l. iul. c. offerri ff. de ac. emp. idem i pensioe  
interim percepta vt d. l. iul. c. locatōm Dy. et  
Bar. m. l. si ff. de iur. fis.**

**Appellatōe fructus continent fructus qui  
renascuntur non de mar more qui semel extir  
patus de terra amplius non renascit vt l. di  
uortio c. si vir ff. sol. ma. et l. si ff. de fū. do. ad  
de quod no. Bal. m. l. si. de iur. om. iu.**

**Licet pensio non sit ex re ē tamē ex q̄ re q̄  
pensioe vtiur secū dū omodū quod est ex  
re pcepta nāz vbi commodioz habitatio ibi  
maior pensio no. m. l. si vrbana ff. de condi. m.  
de. vide Bal. m. l. si traditō. C. de ac. emp.**

**Fructus veniūt ipothecaria nisi sit p̄scrip  
tum vt l. si fūdus c. interdum et ff. de pigno.  
l. eos. C. de vsur. et ibi Bal.**

**Aliud est dicere fructus aliud vsufructus  
nam fructus in facto assistunt vsufructus in  
iure est em̄ quod dā intellectuale tex. ē not.  
m. l. p accē ff. de euict. et ibi Bal.**

**Fructus rei locate intelligunt tacite obli  
gati p mercede vel pensioe rei locate ff. loc.  
l. si in lege c. colous et l. q. fideiussor. ff. qui.  
mo. pig. ta. c. tr. l. i. p̄ diu. C. eo. l. iij. a ibi n̄.**

**Fructibus cōsumptis p̄t agi opra bone fidei  
posse. Totē si est factus locupletior conditio  
ne legis si et m̄ et stichum ff. si cer. pet. vide  
Bar. m. l. certum. C. d. rei vend. l. ex diuerso a  
quod ibi no. doct. ff. eo. ti.**

**Frugalitas. Idē est frugalitas quod  
modestia et temperantia vide Jo. an. m. c. gran  
de de sup. negli. prela. li. vj.**

**Fruges. Quid veniūt appellatōe frugis  
vide d. x. i. ti. de lo. a. c. j. ver. pe. vide d. renū.  
m. i. cū p̄ dē in pn. ff. de ver. sig. l. frugem.**

**Fruitio. Fruitio plus ē q̄ vsus ff. de vsu  
fruct. l. p̄ ma. et quod ibi no.**

**Quae dīa sit inter frui et vti et q̄b̄ modis  
fruiamur et q̄b̄ vti. n̄ vid̄ p Mḡm sent. i. pn.  
et v. s. Tho. i. p̄ mod. i. q. j. ar. ij.**

**Frumentum. In quo differāt frumē  
tum et bladū et quid de. n̄ appellatōe vtri  
us q̄ vide Bart. m. l. prima. c. de eo. ff. de aqua  
plu. ar. tex. et quod ibi no. l. l. frugē. ff. de ver.  
sig.**

**De frumento cōsumpto a miuibz vid̄ tex. i  
l. fistulas. c. frumēto ff. de opra. ēpt. vbi ter.  
dic q̄ nives immediate corūpūt frumētū.**

**De frumento vide Bar. m. l. j. C. d. condi. i  
pu. hore. vbi etiā vide qualiter tutores dnt  
illd̄ vendere et q̄ p̄cio et an liceat miscere cor  
ruptum cum incorrupto vide ibidē et m. l. se.**

**In cuius fauorē cedat emere d̄ publico fru  
mentum vide Bart. m. l. j. C. vt nem. lice. in  
emp. spe. li. r.**

**Quis cogit frumentum vendere nō de  
bet cogi vendere viliori precio sed iusto Bā.  
m. l. vnica. C. vt ne. lice. in emp. spe.**

**De frumento et de officio abundantie vid̄  
Bar. m. l. ij. C. de fru. v. constan.**

**Quid sit frumētū n̄ ff. d. v. sig. i. l. frugez.**

**Appellatōe frumenti continentur omnia  
ad victum pertinentia no. i rubrica de cano.  
fru. li. xj. vide Bart. ff. de vsufr. le. l. genera  
li. c. vron vide no. ff. de ver. sig. l. frugez i glo.  
fi. et ibi Bar.**

**An appellatōe frumenti contineatur fari  
na Bar. i. l. ij. ff. si cer. pe. Bar. m. l. questū. c.  
illud ff. de le. iij. qd̄ no. ad q̄onem de statuto  
p̄miente extrahentem frumentum vt com  
p̄hendat etiā extrahentem farinam de quo ibi  
p̄ eū adde qd̄ dixi. s. s. d̄ dictione farina.**

**An appellatōe frumenti contineat om̄e  
genus seminādoz. ff. de public. l. cotem vide  
de verbo. sig. l. triticum.**

**Legato frumento non veniūt legūma vt  
l. quidam. ff. de vino oleo tri. le.**

**Hoies locupletes tenentur vendere frumē  
tum iusto precio alias p̄muntur vt l. amo  
na et ibi Bar. ff. de extraor. cri.**

**Promittens de frumento plus q̄z valet vt  
alij emant idem de alia re venali m̄ detrimen  
tum alterius volentis emere tenet̄ criē stelli  
o. et ibi vide Bar.**

**Frustra. Frustra expectat̄ casus cuius e  
uetus nihil sit opeatur Dy. et Jo. an. i. t̄ glā**

**Frustra fit p̄ plura qd̄ fieri nullus li. vj.  
p̄t p̄ pauciora dictū ē philo. i. phisi. n̄. i. cie.  
j. de sum. tri. C. de appel. l. ampliorē. ff. de aur.  
et ar. le. pedicul. c. labeo / item adde arca hāc  
dictionem quod no. Jo. an. i. c. j. de accu. li.  
vj. a ibi tangit qd̄ aliud ē dicere frustra p̄ du  
plex r̄ aliud p̄ vnum tantū i p̄ma sillaba et qd̄  
quilibz istorum importet.**

**Frustrationibz obuiandū ē vt ff. de pecu.  
l. si. et quod ibi no.**

**Frustra precibz imploratur quod iure a  
mum ceditur no. ff. ad munici. l. j. in glo. fi.  
vide m. c. j. de rescrip. in glo.**

**Frustratoz. Quis dicit̄ frustratoz vi  
de ff. de vi et vi ar. l. pe.**

**Fucus.** fucatis coloribus mulieres ornatas non debent de ose. di. v. fucare/ adde qd bis cam. j. sub dictione mulier.

**Fuga. fugiens.** fugere debem? hereticorum consortia xxiiij. q. j. que digno: xxiiij. q. iij. clericus.

**Fugiens.** propter metum hostium non propter rea potest possessionem/ secus si capiat ita dicitur Imo. m. c. cu ex inuncto de no. op. nunc.

**An fuga inducat presumpcionem debiti dicitur** no. Bar. m. l. lex cornelia ff. ad sill. qd e re rum qn qd fugit ante qz sit accatus de delicto secus si post ita no. Bar. m. l. j. ff. de bo. eo. q. si mor. cōsci. ad materiā vide qd no. Bar. m. l. admonēdi. ff. de iureiuran. Jo. an. in ti. de presump. m. G. ij. ver. violenta facit qd habet m. c. nullus de psup. ter. et glo. et do. Anz in c. ex lris de pigno. glo. m. l. in bōe fidei. C. d. re. cre. et iureiuran. et Jo. an. d. heret. vt com

missi li. vj. do. Anto. i. c. veritatis de dol. et cōtu. Bar. i. pallekata. l. j. vbi vide/ adde qd n. in aut. de exhiben. G. qz vō i glo. coll. v.

**An possit facere capi debitorē meū suspectū de fuga** et qualr bz de fuga ostare et an reqratur citatō ff. q i frau. cre. l. aut ptoz. G. si debito rem et ibi Bar. In sti. d. ac. G. itē si qd i fraude.

**Quis dicatur fugitiuus** dicitur qui ea mente recedit vt amplius non reuertatur ff. de es. dil. edic. l. quid sit fugitiuus vide ff. de acqui. pos. l. j. G. seruum qui in fuga et ff. de solu. l. fugitiuus et qd ibi no.

**An fugiens et propter fugam captus habeatur** p confessō vide m. l. raptores. C. de epi. et cle. et ibi Bā. et i. l. consiliarios. C. de assēs. et ibi Bar. adde ff. de suspec. tuto. l. in pluribus in aut. de exhiben. re. G. si vō et ibi Jac. de bel. Archi. de heret. cum otumacia li. vj. et quod ibi no. iij. q. ix. decernimus.

**An damnatus ad mortem possit licite fugere** vel armata manu se defendere no. Alber. C. de epi. audi. l. addictos.

**Quo ordine satisfacciant creditoribus mercatoribus fugitiui seu falliti** no. Bar. m. l. p debis to. C. de bo. aut. iij. po.

**An liceat plato cum bona conscia fugere a persecutōe** habet pulchre vij. q. j. aduersitas vbi videtur distinguere an persecutō sit psonalis vel extra ecclesiā vt pmo cau fugiat / secundo opponat se p domo dñi sic fec. s. Tho. cantua nēlis vide qd plēius dicā. j. l. b. dictōe plat?

**An liceat vendere fugitiuos seu in fuga et iūctes n. i. l. j. et ij. ff. ad. l. fal. xij. q. ij. fugitiui**

**fuga qnqz nocet** ff. qd me. cau. l. si gl. metum. G. j. qnqz pdest vij. q. j. G. cū aut.

**fugiens iudiciū videt diffidere de sua iusticia** xj. q. j. christianus lxxij di. honoratus. **fuga bz spēm libertatis** ff. d. edil. edict. l.

quid sit fugitiuus de hoc xij. q. ij. fugitiui. **An captus si fugit peccet** no. Arch. xxiiij. q. v. cum homo.

**Per solaz fugā videt administratio fugientis remota** et sic non bz amplius p fates qd no. pistis mercatoribus fugientibus ter. e. m. l. rogasti. G. si ff. si cer. pe. vide quod ibi no.

**Fulcare.** Que sit dicitur inter fulcare et reficere no. m. l. de pupillo. G. si qd riuos. ff. de no. op. nunc. et ibi Bar. adde ff. de dān. m. fec. l. si finite. G. si publicus locus.

**fugiens insulam vel villaz non debet expectare eius ruinam** ff. de verbo. obli. l. existis mo. G. ex hac stipulatione.

**Fullo.** Vide Spe. in ti. d. se. ex. G. v. d. r. **Functus.** Ex quo iudex functus est officio suo nihil potest ultra agere vt ff. de re iu. l. iudex de offi. dele. m. lris.

**Quis non dicitur functus officio suo** p citationem nullā iō iterato potest illud facere ff. de iureiuran. l. q p salutem.

**Quis dicitur functus officio suo** p actuz extraiudicalem dicitur Quil. i. l. si ff. de of. p. cons. **Funesta.** De hoc verbo vide ff. de stipu. seru. l. si ex re dñi. G. si. et quod ibi no.

**Fundamentum.** Sine fundamento nihil potest super edificari j. q. j. cū paulus de pres. non bap. c. remiens.

**Fundamentum altud nemo potest ponere propter id** quod positum est quod est christus j. ad corinth. iij. q. j. cū paulus de pres. nō bap. c. si. de es. lect. fundamenta in prin. li. vj.

**Si quis edificat super fundamentum hoc aurum argētum lapides preciosos fenū stipulam vniuersiusqz opus manifestū erit prima ad corinth. iij. xxx. de G. ij. c. si em.**

**Fundatio.** Tempore fundationis aliquid possunt ecclesie imponi de licentia episcopi que postea non possunt vt no. de elec. general. li. vj. in glo. fundatione et ibi concor. v. bi no. p. doc. adde de conse. di. j. si quis.

**Fundus.** Quid contineat appellatōe fundi an contineat petras terre postea emptas n. Bā. i. l. si ita. ff. de aur. et ar. le. n. ff. de vō. sig. l. qd e et l. si fundi. l. locus ff. d. le. j. l. plae. G. si. x. l. qd. rez. G. j. Dy. in regula nullus pluribus li. vj.

**Fundus constituitur ad arbitrium p rissa** ff. co. predi. l. si quis. G. plane i glo. ff. de vbo. sig. l. locus in glo. constituimus.

**An prohibito alienationis fundi totalis exten dat ad res que seruando seruari non possunt.** Cy. i aut. siue a me. C. ad vel. Bal. i. l. j. ff. sol. ma. **An fundus totalis possit permutari cum alia re** Specu. in titulo de dot. post diuoz. G. fō matis. ver. sed queritur et ibi Jo. an. m. addi.



¶ Appellatōe fundi non comprehenditur do-  
mus ff. de vi et vi ar. l. j. ¶ Illud sed fundi ap-  
pellatione prata otigua vide in l. seye. ¶ tyra-  
ne ff. de fūd. instruc.

**Funditus.** Quid importat hec dictio  
funditus no. glo. in l. decernimus. C. de sacro  
san ec. que videtur velle qd idem sit funditus  
quod ipso iure et ita ad hoc allegat eam Bar-  
in tractatu suo de tiramide in vj. questione.

**Funiculus.** Funiculus erat vna men-  
sura per quam diuidebatur hereditas vid. xij  
q. j. clericus qui item funiculus. i. portio de  
elec. cum terra in glo. j. et ibi doc. item funi-  
culus. i. corda tribus funiculis copulata d. treu.  
et pac. c. j.

¶ Duplex funiculus plus ligat qz vnus vt  
dicto. c. j.

**Funus. Funeralia.** Funeris impē-  
sa precedit omne debituz vt. l. pe. d. reli. et sup.  
fu. Jo. an. in addi. Spe. ti. de sepul. v. h. scias

¶ Que dicantur funeralia vide glo. i. cle. du-  
dum de sepul. in ver. funeralibus et ibi Paul.  
et Frede. de se. d. filio vj. tex. m. l. et si qz. ¶ Fu-  
neris cā et. l. fuerū sūptus de reli. et sup. fu.

¶ Expēsa fueris faciēda ē p. mō facultatum  
et q. litate p. sōe ff. de reli. et sup. fu. l. et si qz. ¶ h.  
actio et iudex Spe. ti. de sepul. v. porro.

¶ Quid sit ius fuerādi et i. q. consistat et an pos-  
sit a layco prescribi habet de prescrip. ex tñs  
missa vide no. de iudi. decernimus.

¶ Quos creditores precedit actō funeralis  
ff. de reli. et sup. fu. l. pe. no. ff. de priui. cred. l.  
ij. in glo. priuilegio.

¶ An actus funeraliū spectet ad maritū de  
vi. vxore no. ff. sol. ma. l. si filiosa.

¶ Formam libellandi in hac actione vid. per  
Spe. ti. de sepul. ver. porro.

**Furoz. Furiosus.** An furiosi repel-  
lant ab administratōe rerum suarum vid. in  
m. l. is cui bōis ff. de testa.

¶ Si furiosus sit lesus in contractu an pos-  
sit restitui n. in l. m. cellus ff. de fidei. p. Bā.

¶ An lex disponēs de mēte capto hēat locuz  
in furioso et que dñia sit inter hec not. m. l. ex  
facto ff. de vul. et pupi. et i. l. hūamitatis. C.  
impub. et al. sub. et m. l. si furiosi. C. de nup.  
et m. l. taz demētis. C. de epi. au. faciūt no. i. c.  
fi. de suc. ab intesta.

¶ Furiosus non pōt esse iudex. iij. q. vij. c. j.

¶ Cōtra furiosū nō d. dari snia vt habet iij.  
q. ix. iudicas.

¶ Furiosus et amētibz nō iputāt q. agūt xv.  
q. j. aliqz vide i. cle. si furiosus d. homi. xv. q.  
j. illa cauēda sūt add. ff. de of. p. s. l. diuus. ff.  
ad. l. pō. de pri. l. pe. et ff. ad. l. cor. de sicca. l. i.  
¶ Furiosi m. r. momū strahē nō pnt fans.

sed si straxerint tenet xxxij. q. vij. nec furio-  
sus et de hoc ē tex. et ibi no. i. c. dilectus de spō.  
et no. b. n. glo. in d. c. dilectus q. dic. q. furiosi  
q. n. q. sūt i. aspectu obūbrate quietis q. sūt v.  
ba. ter. m. l. qd i. eo. ¶ Si furiosus ff. de aq. pos.

¶ An furiosus possit facē testūm vide tex. et  
qd ibi no. in l. furiosū. C. q. testa. fac. pos. vi.  
de m. c. vlt. de suc. ab intest.

¶ Furor nō ē peccatū sed pena peccati. xv. q.  
j. il. ud. rlatum.

¶ An furiosus possit baptizari vide de sec.  
di. iij. qz adde qd diri. s. s. b. dictōe baptis-  
mus de ose. di. iij. si q. et qd hēt i. c. maiores

¶ An furiosus possit eligi i. platū de bap-  
no. doc. de spōsa. dilectus ter. q. nō xxxij. di.  
maritū fac. de elec. c. cū inter canonicos.

¶ Qualiter p. bet furor vel quē esse furiosū  
no. d. suc. ab intesta. c. cum dilectus.

¶ Plura q. phibēt furiosis n. d. elec. ex eo li.  
vj. i. glo. sup. v. discretōe vid. i. cle. j. d. homi.

¶ Furiosi et lunatici nō p. mouēt xxxij. di.  
¶ Quis p. bat an qz dicit furorē sicut i. gl.  
vel an qz dicat sanā mētē vid. d. here. c. iij. li.

¶ An ea que agit furiosus in dubio videant  
gesta tempore furoris vid. C. d. cu. furi. l. pe.  
d. suc. ab intesta. c. fi. in. q. ix. iudicas xvij. q.  
ij. in sūma vbi vide glo.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus equipatur pupillo et m. fati. ff. de  
de cur. fur. l. j. Bal. m. l. iubem. C. de sacrosā.

¶ Furiosus nec p. se nec p. aliis agere sec.  
potest Spe. ti. de actore. C. j. ver. item oppōi-  
tur contra actorem.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

¶ An furiosus possit ordinari habet xv. q. j.  
cū itaqz vbi videt tex. q. nō.

Ja. bu. m. l. et iō. ff. de pec. Bal. m. l. furiosus  
C. qui testa. face. pos. vbi vide p eū qualiter  
probet furor.

Ex verb s quis psumit furiosus no. C. de  
codicil. l. nec codicillos m glo. fi.

Qualibz agēs aliqd o officū pietatis didi  
tur nō sane mētis vel furiosus. ff. de inoffi. tes  
sta. l. ij.

Que sit practica articuli ad pbandū que  
esse furiosū vide. ff. de edil. edic. l. ob q pīcia. C.  
pe. vide Bar. i. l. mutus. ff. de bo. pos. furio.

Furiosus qnqz deliquit simulato furore et  
ei delictū non ascribit sed dz carcere pīneri  
ff. de offi. presi. l. agruit. C. furiosi.

Furiosoz qdā stant in continua mentis a  
lienatōe qdā hnt dilucida interualla pmo ca  
su deliquētes nō puniūt / secūdo sic si deliquit  
tpe interualli. ff. de offi. presi. l. diuus.

Furor nō extinguit dignitatem nec statū  
nec iurisdicōem nec pstatem. ff. de sta. ho. l.  
qui furere.

In his m quibz requiritur exp̄ssus vel tacit⁹  
consensus furiosus nō habet p osententē se  
cus in his in quibz sufficit contradicōem cel  
sare. l. ij. C. voluntate. ff. sol. ma. et. l. qui ad cer  
tum. ff. loca. z. l. patre furioso. ff. de his qui sūt

fui vel al. iur. et ibi Bar. fac. ff. de act. et ob. l.  
si a furioso et iō Bar. reprehendit glo. que est i  
lij. C. pupillus. ff. de nego. gest. vbi tractat

Ja. bu. an et qn furiosus hēat p osētēte.  
C. filius nō p curās p̄ez furiosū expellit ab  
hereditate. C. de epi. et cle. aut. liberi i gl. fi.

Furios⁹ differt a mēte capto re. C. d nup.  
l. si furiosi et ibi Bar. dixi. s. prime.

An demēs hēat pcuratorē legitimū sicut  
furiosus ter. msti. de cura. C. furiosi.

**Fur. Furtum.** An et quando furtum  
clandestinum quod fit d nocte vel latrocinio  
um quod fit m siluis computentur casus for  
tuiti vide Bal. m. l. j. C. de depo. vbi vide etiā  
quid de incendio / adde quod dixi. s. sub dic  
tione casus fortuitus.

Clericus in sacris existens furtum faciens  
deponitur. l. di. de his adde d iudic. cum nō ab  
hoie et quod ibi no. lxxxj. di. presbyter.

Furans aliquid nō tamē animo seu inten  
tione furandi nihilominus reus ē furti. l. di. q  
saccū. ff. d fur. l. q saccū.

Furantes bona epoz defūctoz exdicantur  
xij. q. ij. de laicis.

Furtū manus quocūqz furto est sbrahere  
elemosynas paupibz que eis debentur xij. q  
ij. multi edificant.

Non est furanduz a diuite vt paupibz fiat  
elemosyna xiiij. q. v. forte aliquis bñ fac. l. si  
pignore. C. j. ff. de fur.

An inueniens alienum. i. quod suum nō ē

z nō restituens omitterat furtū ter. videtur q  
sic xiiij. q. v. si qd inuenisti et. c. multi de quo  
ibi glo. adde. ff. de fur. l. falsus. C. q alienū Jo.  
an. de elec. dudū ij. vbi dic q tenet furti nisi  
faciat p̄coizari vid qd nō idē Jo. an. i. i. glā pos  
C. furtū non fecerūt israelite / sessor. l. vj.  
spoliando egyptios xiiij. q. v. dixit dñs de di  
uoz. gaudemus.

Appellatōe furti intelligitur omnis illiū z  
ta vsurpatō rei aliene xiiij. q. v. C. item obici  
tur et. c. penale xiiij. q. iij. meretrices Jo. an. m  
regula possessor. l. vj. m viij. q.

Pro furibz intercedit ecclesia et qualiter ha  
betur xiiij. q. vj. h. q.

Furtum nō solū in maioribz sed etiā i mi  
noribz mittit xiiij. q. vj. fur Insti. de re. dis  
u. C. gallimay adde. l. si oleū in fi. ff. de dol.

Furtuzo mittit clericus q de bonis aliquid  
sibi retinet vltra victū xvj. q. j. qmā qd qd.

Furata ecclesie pecunia debz reddi in quas  
druplum et furans aliquid de bonis ecclesie  
penitebit vj. ammis xvij. q. iij. pecunia / ad  
de q furans aliquid de ecclesia proditori eq  
paratur xiiij. q. iij. quibz ergo.

Res furtiua p̄ tolli p dñm licz sit penes fu  
rem vide Inno. i. colim de resti. spol.

Qualr p̄bet in furto culpā abesse vid nōz  
bil. i. vba dñi Bal. i. l. si creditor. ff. de pigno.

Qui p̄re rei furatē nihilomin⁹ p̄ di. sac.  
citur totius rei vide i. l. vulgaris. ff. de fur. q̄ ē  
canonizata de pe. di. j. vulgaris.

Reus furti ē q volūtatez hz furādi licet nō  
fureturqz timet de peni. di. j. si p̄terea z m. c.  
tres psōas xiiij. q. iij. si q̄a nō dicā de pe. di.

Furtū et rapinā excusat necessitas. ff. si  
de osetra. di. v. discipulos no. de fur. si q̄s p ne  
cessitate et ibi bona glo. adde xv. q. j. C. uz  
itaqz / et vide qd dicā. j. l. b dictōe necessitas.

Ad hāc materiā videlicz an liceat furari qn  
subest necessitas vide xvij. di. sic h. j.

An filius debeat pūiri p furto qd fecit pas  
trino. Bal. m. l. j. ff. de effract.

An vxor possit criminaliter accārī de furto  
facto viro no. m. l. si quis vxori et ibi Barto.  
ff. de fur.

An illa regula q omīs p̄ditō degenerat o  
tra furēbz locū i pdone possessore rei immo  
bilis. ff. si cer. pet. l. si q̄s nec cāz. C. res vbi Bā  
m. l. sed nec legatarius. ff. de vbi. fur.

Si procedit de furto contra furem et do  
minus compet in iudicio dicens de volunta  
te sua subtractā an annulletur p̄cessus vide  
Bar. m. l. inter omēs. C. recte. ff. de fur.

An dicatur fieri furtum rei que ab aliquo nō  
possidetur vide Bar. m. l. eum qui. C. si filius fa  
milias. ff. de fur.

Qua pena puniuntur fures vide plene in  
auten. h. nouo iure. C. d ser. fugi. z an debez

ant furca suspendi no. glo. a doc. de excess. p. s.  
la. de homi. tua Bal. r. coll. de pac. iur. fir. l.  
j. Si quis vbi dicit q. p. quocumq. furto q. s.  
uis modico dz suspēdi vide Jo. an. in palle. c.  
tua sup glo. pe. ad de glo. i. l. capitaliū. S. fāos  
fos. ff. de pe. in glo. furca a ibi Bā. ff. arbo. fur.  
ce. l. ij. in glo. xxij. q. iij. fortitudo.  
